

5000 arula rep. Cavedine, nunc Ravine prope Tridentum in suburbano comitis Sizzo.

D S
S A T V R N O

Descripti. Simul reperta dicitur ara Cereri sacra.

5001 appresso la via ne' boschi di Fabiano di Cavedine scolpita nel Cengio (id est in rupe) in un quadro alto circa 2 piedi, fondo mezzo piede, alto mezzo uomo dalla terra BONELLI. M. P. a Cavedine. In un masso sporgente dal suolo si vede ab antico scavato una nicchia come per sedervi [quae vulgo dicitur la carega sive la carega del diavolo i. e. sedes diaboli], nella interna parete della quale tre linee di caratteri appariscono STOFFELLA.

P L I A M N V S I I I M
ANDILONIS · F · SIBI · ET P
RIMAE · LIBERIAE · VX

Avolano n. 1471 ex schedula P. Benedicti Bonelli; emendavit de visu Stoffella, qui ed. in libello *il trono del diavolo* (Rovereti 1828. 8. pp. 34).

3 LIBERIAE Stoff. — Bonelli sic legit: IVLIA MAMEA | MATER ALEXANDRI SEVERI | REDVX EX GERMANIA | IN ITALIAM.

5002 reperta Vezzani ad vetustam aediculam S. Valentini in agro, extat Tridenti apud sac. Ioh. Bapt. Zanellam ex dono abbatis Iosephi Stefanelli.

F A T I S M A S
CVLIS · SACR ·
STAVMVS · VE
SVMI · BRIT̄ · F
5 CORNELIA · S · FIL ·
PRISCA
EX VOTO POSVER

Contuli descriptam a Zanella, qui ed. *Annali* 1864, 77.

5003 Vezzani repperit abbas Stefanelli deditque Zanellae.

V F
Q · MEDE
N A S I V S
C · F · SIBI · ET
5 L V B A M A E
VXORI · ET

Contuli descriptam a Zanella, qui ed. *Annali* 1864, 79. — In fine in ipso lapide adiecit SVIS Zanella.

5004 fragm. Vezzani rep. litteris magnis.

A M

Zanella ms. et *Annali* 1864, 79.

5005 in castro Doblino sub porticu ianuae hypocausti, qua per montem Casalem in vallem Iudicariam itur; diffractus lapis per bellum a. 1703 a militibus Gallis thesauri absconditi spe, suo situ eum muro deicere frustra conatis; fragmentum abscisum incuria periit SPERGES. Ibidem adhuc.

F A T I S · F A T A b u s
DRVINVS · M · N O n i
ARRI · MVCIANI · C · u
ACTOR · PRAEDIOR V m
5 TVBLINAT · TEGVRIVM
A · SOLO · INPENDIO · SVO · FE
CIT · ET · IN · TVTELA · EIVS
HS · N̄ · CC · CONLVSTRIO
FVNDI · VETTIANI · DEDIT

cos. a. p. C. 201

Contulit mea causa Kiepert. Hier. Tartarotti apud Mur. 89, 3 et *mem. di Rov.* p. 52 (misit Pantaleo Borzi Tridentinus); Roschmann ms. (Iudicar. 6), cui misit Sperges; Cresseri ms. n. 22 accurate; Giovanelli *Beitr. für Tirol* 4, 113 et apud Labusium *mon. ant. scop. in Brescia* p. 67 et *marmi Bresc.* p. 101 n. 141 (inde Orelli 1773); Zanella ms. qui vidit.

1 fin. FAT... Labus Zan. — 2 M-NC Kiep. Cress., MNC Tart., MVC Roschm., M-N Labus, M Giov. Zan. — 3 om. Mur. — extr. CO Cress., C Tart. (mem.) Giov. Zan., om. Lab. Zan. De Muciano vide p. 339. — 4 PRAEDIOR... Giov., PRAEDIORVM Tart. — 5 TYBLINAT Mur., TVBLINATES Giov. — 'Tegurium e tigurium, da non confondersi con tigurium, vien da tego e denota un tempietto sostenuto da quattro colonne, aperto per ogni lato. Papa Simmaco, dice Anastasio bibliotecario, fecit tigurium ex argento purissimo in confessione (*Bianchini I p. 68; Vignoli lib. pontif. in Symmacho §. VI*). Cf. *ibidem in Honorio*: tigurium aereum deauratum, e nella vita di Aldrico vescovo Cenomano abbiamo ch'egli fecit tigurium quod et ciborium vocatur super altare (n. 17)' Labus. — 8 CONLVSTRION... Giov. solus. Sacrum ita dedicari videtur, ut quotannis ad id lustrentur praedia Tublinatia, adiecta praeterea ea condicione, ut simul lustretur fundus Vettianus. Ceterum ut Tublinatia praedia adhuc nomen servant, ita fundi Vettiani fortasse non male revocaverunt ad pagum Vezzano. — 9 FVND Roschm.

5006 Lomasi in muro coemeterii ad ecclesiam parochialem.

I O V I
L · CVLLONIVS
L · FIL · FAB · PRIMVS
DEC · ALAE · I · CANAFATIVM
5 DEC · BRIXIAE · NOMINE · SVO · ET · FILI
ORVM · PRIMI · ET · PATERNI · T · F · I
L · EBVSIVS · CAPITO · FAC · CVR

Iac. Tartarotti ad Gagliardum a. 1735 apud Sambucam (Cenom. p. 394; idem exemplum ms. repperi Brixiae inter Brognoliana); Iac. et Hier. Tartarotti apud Mur. ms. XVIII, 224 et ep. 1 Iun. 1734 et ed. 1035, 2; Roschmann ms. Iudicar. n. 3, cui descriptis Sperges, item *Mem. del Valvas.* 1757, 2, 85; Cresserius ms. n. 45 ex Spergesio, citans Sambucam et Tomazoli hist. Trident. ms.; cod. Vindob. n. 10214 n. XXV eodemque exemplo Donat. 6, 7 (misit Ios. Hippolytus a Pergino) = 334, 3 (misit Bened. Bonelli Tridentinus); Avolano n. 521 plane ut Mur.; Gnesotti p. 256 qui contulit a. 1785; Labus *marmi Bresc.* p. 76 n. 111. Praeterea descripta extat cum sequentibus duabus Lomacensibus in historia quadam Tridentina anonymi auctoris (fortasse Tomazolii a Cresserio allegata), quam servat bibliotheca publica Tridentina, scripta c. a. 1700 vel postea; at exemplum id quod vidi titulos habet tam corruptos, ut spreverim. Quattuor exempla videntur ex lapide excepta esse, Tartarottianum, Spergesianum a Cresserio accuratius repraesentatum quam a Roschmanno, qui contaminavit cum Tartarottiano, Donatianum codicisque Vindobonensis, denique Gnesottianum, quamquam hoc non tam ex lapide exceptum est quam Tartarottianum ad archetypum exactum.

1. 2. 3. 6. 7 in fine fractos facit Roschmannus. — 1 IC/II Vindob., F·I... 'il rimanente col fregio o cornice della parte superiore della lapide è stato scalpellato via a memoria de' viventi innanzi che ivi arrivasse una sagra visita' Gnesotti, I... vel L... Donat.; IOVI antiquiores, quod retinui, quamquam magis puto fuisse in lapide I·O·M. — 2 CVLLONIVS Donat. Vindob. Gnes., CALLONIVS reliqui. — 3 L·FIL Cress. solus, LEI·F reliqui. — 4 DEC Roschm., DEC Gnes., /EC Vind. Donat. — CAFANATIVM Tart. uterque. — 5 FILII Avol. — 6 PARTENI err. typ. Gnes. — T·F·I Donat. Vind. Gnes., T·FE Cress., F·I reliqui.